



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

cessu facto coram illo apparet. Ad tollendū ergo omne dubium, an gubernator, qui de causa in prima instantia cognouit, possit etiam de causa appellationis cognoscere iuxta no. per doct. in rub. extra de appell. & in c. 2. de consuet. in 6. fuit necessarium, hoc est utile, qd. rector, seu preses provincie, ad quem potuit appellari, cum appellationis committeret, & in iure verbum necessarium exponitur saepe, hoc est utile, ut in l. 1. & ibi gl. ff. sol. matr. & in 1. consil. Cod. & ibi Bar. & ita exponit, & respondet in simili dominus meus Soc. in l. 1. 2. col. ff. de leg. 1. Preterea, ut intellexi, de filio, & consuetudine curie Præsidis est, qd. is causas ad ipsum quocunque deuolutas, & maxime appellationum alteri cognoscendas committit, arg. auth. sed lis. C. de tempo. appell. Si ergo commissio fuit necessaria, tempus quinque dierum currere incipit a die commissiois, ut in dicto statuto habetur, & in casu nostro appellantes se intra dictos quinque dies cum appellatione præsentarunt, & aduersarium citari fecerunt, ut in processu apparet, ergo &c. Et huic interpretatio non fauendum est, quia si semper est fauendum instanti, ne quis indebite a iure suo excludatur, ut habetur per doct. in c. ex ratione. extra de appellat. Et si dicere tur, qd. appellatibus potuit negligetia imputari, quare non fecerint causam prius committi, cum sepius de his essent ad hoc instare iuxta ea, quæ habentur in d. authent. sed lis, & in auth. item appellatione. C. de temp. appell. & ibi Bal. Respondetur, hoc uerum esse posse, si intra certum tempus a statuto præfixum causa committi debuisset, alioquin secus, ut per Alex. in consil. 19. no. 1. & in consil. 164. uol. 2. Nec obstat etiam, qd. appellatio fuerit deserta ex eo, qd. causa appellationis non fuerit infra duos menses expedita a die uel in re polite appellatiois, uel commissiois, ut in dicto statuto de appell. in 2. c. continetur. nam ex quo appellantes erant minores, iudex appellationis potuit eos restituere, & facere, qd. tempora non dicantur in effectu cucurrit, ut habetur in statuto prædicto circa finem. Et ita supra dictum est, uidetur ex prædictis concludendum esse, prætermisiss pluribus, quæ adduci possunt. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Iudicium post publicationem processus, & attestatum, pendente termino dato ad probandum opposita adhuc pendere, & esse, & causa uerri dicitur.
- 2 De transactione ad compromissum recte arguitur.
- 3 Transactio etiam post publicatas attestaciones, & processum publicatum ante rem iudicatam fieri potest.
- 4 Et maxime pendente termino ad reprobandum testes, & probandum opposita.
- 5 Compromissum super re clara, & liquida, ac etiam decisa per sententiam potest ualide fieri in arbitrium, sed non in arbitratorem.
- 6 Iudex ualidus est super decisis per sententiam potest in alia instantia cognoscere.
- 7 Ad transactionem, & compromissum ex forma statuti potest deueniri, quicunque res potest dici aliquoties dubia, & non in totum clara, & liquida.
- 8 Compromissum post publicationem processus, & attestatum non potest uariare statuti peti quare, & quomodo procedat, et nu. 9.
- 9 Sermo indefinitus æquipollet uniuersali.
- 10 Reprobatio testium sepius de iure fieri potest.

E P I T O M E.

Compromissum uirtute statuti cautis, qd. iudex ad petitionem cuiuscunque partis, & in quacunque parte iudici, seu discordiæ teneatur, & debeat de facto partes ad compromittendum cogere, etiam post publicationem processus, & attestatum, pendente tamen termino dato ad opposita probandum, & testes reprobandum, ad instantiam partis compromi-

sum petentis, debere fieri, & partes cogi ad compromittendum concluditur.

CONSILIVM XXVI.

Vlso puncto, & processu ad me transmissio, ac nullo allegationibus utriusque partis, & illis diligenter consideratis super dubio, de quo nunc quod uertitur, uidelicet, an stante statuto loci loquente de compromissis faciendis inter descendentes, & ascendentes in infinitum, uel inter aliquos attinentes agnatos, seu cognatos, aut affines uel que ad quartum gradum, & stante petitione partis petentis compromissum fieri debere, iudex possit partes ad compromissum faciendum cogere, omisis superfluis allegationibus, quæ hinc inde possent adduci, concludo partes domini iudicis esse in pronuntiando compromissum de iure fieri debere, & ad officium eius spectare partes cogere ad illud faciendum iuxta formam dicti statuti. Et ad hoc dicendum, & concludendum me mouet statutum prædictum, in quo cautum est, qd. D. VI cecomes ad petitionem cuiuscunque partis, & in quacunque parte iudicii, seu discordiæ teneatur, & deat de facto cogere, & compellere partes iuris remediis opportunis, quacunque querela postposita, ad compromittendum causam, & causas. Sed post publicatum processum, & publicatas attestaciones, pendente termino dato ad probandum opposita, iudicium adhuc pendere, & esse, & causa adhuc uerri, & esse dicitur, ut in c. forus. cum ibi no. de uerb. sig. ergo huic casui uerba statuti conueniunt, & consequenter eius dispositio conuenire debet, arg. l. 4. §. roties. ff. de dam. in fec. & l. infra fraudem. in fin. ff. de milit. testa. cum sim. ¶ Secundo arguendo de transactione ad compromissum, p. ut doct. communiter dicunt argui posse, ut habetur in l. si causa cognita. C. de transac. & in l. 1. & in l. post rem. ff. co. & habetur per Decium in c. si qñ. col. 1. de offic. deleg. sicut si transactio est post publicatas attestaciones, & publicatum processum ante rem iudicatam fieri potest: ut est textus in l. eleganter. ff. de condic. indebi. ita poterit peti compromissum fieri ex forma statuti. ¶ Tertio induco tex. in d. l. eleganter. in uerbi. quid ergo & c. ubi etiam si post sententiam fuerit appellatum, uel incertum sit, an fuerit iudicatum, uel an sententia ualeat, adhuc propter dubium euentum transactio fieri potest, ergo magis ualebit ante sententiam post publicatum processum, & post publicatas attestaciones, pendente termino ad probandum opposita, quoniam res adhuc est ita dubia propter futuras probationes circa opposita, quod res certa, & liquida dici non potest, ut clarè in d. l. eleganter probatur. Si deueniri potest ad transactionem, ergo & ad compromissum. ¶ Quarto idem tex. in d. l. eleganter. dicit, tunc enim rescriptis, quæ in ualidant transactionem, locum esse credendum est, cum de sententia indubitata, quæ nullo remedio attentari potest, transigitur, ergo si sententia sit dubitata, & possit attentari, transactio ualebit. Sed post publicationem attestatum, & processum, pendente termino ad reprobandum testes, & ad opposita probandum, res non debet indubitata, sed dubitata, quia per reprobationem testium prius examinatorum, & publicatorum res sit dubia argo eorum, quæ habentur in c. licet causam. extra de probat. & in c. præsentium. cum ibi not. de testib. in 6. ergo tunc transactio facta ualeret: ex quo inferitur, quod etiam compromissum tunc peti potest. Et ad prædicta adduco id, quod uoluit Abb. in c. exposita. in ult. col. de arb. ubi concludit, quod si super re clara, & liquida, puta super re decisa per sententiam, quæ transiit in re iudicatam, quauis non ualeat compromissum factum in arbitratore, quia tale compromissum debet quædam transactio, tamen bene ualeat compromissum factum in arbitro, quia arbitria, sunt ad instar iudiciorum. l. 1. ff. de arb. & super de



cifis per sententiam potest indistincte per iudicē cognosci in alia, & diuersa instātia, ut uoluit Bar. in l. 1. C. quando prouo. non est necess. & habetur per Abb. in c. inter monasterium. de re iud. ergo & per arbitrum in quem fuisset compromissum. Nec obstat tex. in d. c. exposita. qui contrarium uidetur probare, nam loquitur, quando post sententiam latam ad fauorē ecclesie super rebus ecclesie prelati uellet in arbitrum compromittere, quia non potest ecclesie preiudicare, secus ergo est in priuato. Vel secundo responderi potest, quod in d. c. laudum non fuit latum super rebus decisio p̄niam, sed super discordijs nouiter ortis, unde arbitrum non debuit manū extendere ad non cōprehensa in compromisso, & hanc solutionem sentit gl. in 4. in d. c. exposita. & sequitur Abb. in ultri. col. Quānis itaque in terminis nostris compromissum nō potest fieri ut in arbitratorem, possit tamen fieri, ut in arbitrum, & statutum loci uult, compromissum fieri debere uel ut in arbitratore, uel ut in arbitrum forte hac ratione, quia de iure quādoque potest fieri ut in arbitratorem, quod tamē nō potest fieri, ut in arbitrum, & d̄. Et hanc differentiam inter arbitrum, & arbitratore, uidelicet quod non ualeat transactio, nec compromissum post sententiam, quæ transiit in rem iudicatam, & consequenter super re liquida, & clara, quando fuerit compromissum de iure, & de facto, & sic in arbitratorem, secus, si in arbitrum, & sic de iure tñ, sentit Pau. de Cas. in d. l. eleganter. Præterea, quando cunctæ res potest dici aliquāter dubia, & non totaliter clara, & liquida, tunc potest non solum ad transactionem deueniri, sed etiam ad compromissum ex forma statuti, siue statutum uellet debere compromitti in arbitrum, siue in arbitratorem, ut ubiq; uolunt doctores oēs in d. l. 1. in d. l. post. in d. l. eleganter. & in l. si causa cognita. C. eod. titu. de transac. & canonistæ in d. c. exposita. Et tenentes, quod post publicatum processum, & publicatas attestaciones non possit compromissum peti uirtute statuti, dicunt hoc esse, ne cōtingat compromitti super re clara, & liquida, quæ talis effecta fuit ex publicatione processus, ueluti dicunt doctores magis cōiuter in locis præallegatis, & in alijs, de quibus per Alexand. & moder. in d. l. si causa cognita, uel secundū aliquos istud est, quia ille, qui post publicatum processum petit compromissum fieri, uidetur calumniosè petere, ut aduersariū in expensis fatigaret ad tradita per moder. in d. l. si causa cognita. Quæ rationes cessant, quādo post publicationem processus, & attestacionū testium prius examinatorum super meritis causæ, & in tentione agentis datus esset terminus ad probandum opposita, & ad reprobandum testes in personis, & dictis ipsorum, quoniam tunc res non potest dici totaliter clara, & liquida, sed aliquāter adhuc incerta, & dubia, cum dependeat à futuro euentu, hoc est futura probatione reprobatoria, quæ est incerta, & super qua iudex se fundare debet, arg. not. in l. 1. ff. de transac. per Pau. de Cast. & alios post gl. & arg. d. c. licet causam. & d. c. presentium. cum ibi not. In lite est sunt adhuc expensæ coram iudice faciendæ super probatione reprobatoria, & sic cessant rationes doctorum uolētū, quod post publicatum processum non possit peti compromissum fieri. Et ideo locus erit dispositioni dicti statuti, arg. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patrona. & c. cum cessante. de appellatio. ¶ Possit conclusio tradita pluribus alijs modis corroborari, & ex iis est, quæ plenè, & doctè dixerunt aduocati ipsorum agentium in suis allegationibus, quæ breuitatis causa omitto, & solum breuiter inuito in respondendo ad ea, quæ in terminis nostris uoluerunt Bald. & alij in d. l. 1. ff. de transac. Alex. & moder. in d. l. si causa cognita. & in d. l. post. rē. & Alex. in consi. 82. uol. 1. & Pau. de Cal.

in l. si. C. de compensatio. & in prohem. Cod. cum in finitis similibus per aduocatos partis aduersæ in suis allegationibus adductis, qui doctores dicunt, quod post publicatum processum, & post publicatas attestaciones compromissum uirtute statuti fieri non potest. Nō respondetur, quod positum, uerum esse id, quod ipsi dicunt, prout uerum esse arbitror, tamen debet intelligi secundum eorum mentem, quando publicatae fuerint omnes attestaciones omnium testium examinatorum tam super negotio principali, quam super reprobationibus personarum, & dictorum testium, & omnibus alijs, super quibus testes in causa essent examinandi, quoniam post talem publicationem res totaliter, & plenè dicitur effecta liquida, & clara, & amplius non dicitur esse locus aliquibus saltē gratis expensis, & ira proprie loquuntur doctores prædicti loquētes simpliciter, & indefinite de attestacionibus publicatis, & consequenter de omnibus; quæ in casu publicari possunt. ¶ Sermo enim in definitis æquipolet uniuersali. l. si ita. in prin. l. si pluribus. in prin. ff. leg. 2. cum ibi not. & habetur in l. 1. ff. de reg. iur. & rub. eo. tit. in 6. Et hoc colligitur et ex omnibus doctorum dicentium, quod publicatis attestacionibus compromissum peti non possit, ut intelligatur de omnibus attestacionibus, ut supra dictum est, quoniam dicunt rōnè esse, quia per talem publicationem res efficitur liquida, clara, & indubitata, item quia ulterius non sunt faciendæ aliquæ expensæ. Sed in casu nostro facta publicatione processus, & testium examinatorum super negotio principali, & super meritis causæ datus fuit terminus ad opposita probandum, & ad reprobandum testes in personis, & dictis, quæ reprobatio potest fieri, cum de iure tertia admittatur reprobatio ad tradita, & notata per illum text. in d. c. licet causam. & in d. c. presentium. ergo inferitur, quod non potest dici, quod per publicationem processus, & testium testium cum assignatione dicti termini ad reprobandum, & opposita probandum res sit effecta totaliter, & simpliciter liquida, & clara, item quod ulterius in lite, & causa non sint faciendæ expensæ, cum, ut dixi, plures reprobaciones testium hinc inde fieri possint; in quibus expensæ necessario forent faciendæ. Et hoc modo debent intelligi, & declarari dicta doc. de quibus supra. Vltcrius super præmissis non inuito, quia res mihi satis clara uidetur. Et propterea concludo, partes posse per iudicem compelli, & cogi ad compromissum faciendum in omnibus, & per omnia, prout in dicto statuto continetur. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Compromissum quando morte alterius compromittentis soluitur, & ad heredes non transit.
- 2 Compromissum sui natura ad heredes non transitorium ex pacto fit transitorium, & est contra.
- 3 Transitorium sui natura ad heredes ex conuentione efficitur non transitorium, & est contra.
- 4 Verba præteriti plus, quam perfecti modi subiectiui ad futura trahuntur, quando in præteritum non possunt verificari.
- 5 Conditio proprie est de futuro, non autem de præterito, nec de presenti.
- 6 Verba generalia causa euitandi contrarietate, & absurdum sunt ad proxima tantum referenda.
- 7 Verbum perpetuo non importat, ut quid transitorium ad heredes efficiatur, si sui natura non erat.
- 8 Et diuersimodè secundum subiectam materiam capitur. Et in contractu societatis, & in compromissum quomodo sumatur nunc. 9.
- 9 Compromissum, & societas equiparantur.